MISSALE

Laibach/Ljubljana, 1296 Seite 210r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

ad salutem nostram omnium sanctorum tuorum precatione proficiant. quorum
sollempnia percurrimus. P. Co. Amen dico vobis quod vnu ex. c.lxxxi.
Re. post viti marci et marcelli. Cop. Sacramentis domine et gaudiis
optata celebritate expletis. quaesumus ut eorum precibus adiuvemur.
in quorum recordatione exhibentur. P. In die Sancto.

Gaudeamus omnes in domino diem festum celebrantes sub ho
no re sanctorum omnium de quorum sollempnitate gaudent angeli
et collaudant filium dei. V. Exultate iusti in domino rectos decet col
laudatio. Omnipotens sempiterne deus qui nos omnium sanctorum tuorum meri
ta sub una tribuisti celebritate venerari. quaesumus ut desideratam
nobis tue propitiationis habundantiam. multiplicatis intercesso
ribus largiaris. P. Lec. lib. Apocalip.

In diebus illis. Ecce ego
iohannes vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis. haben
tem signum dei vivi. Et clamavit voce magna quatuor an
gelis. quibus datum est nocere terre et mari dicens. Nolite noce
re terre et mari neque arboribus. quo adusque signemus servos
dei in frontibus eorum. Et audivi numerum signatorum centum
quadraginta quatuor milia signati. ex omni tribu filiorum israel.
Ex tribu iuda. duodecim milia signati. Ex tribu ruben duo
decim milia signati. Ex tribu gad. duodecim milia signati.
Ex aser. duodecim milia signati. Ex tribu neptalim. duode
cim milia signati. Ex tribu manasses. duodecim milia signati.
Ex tribu symeon. duodecim milia signati. Ex tribu levi. duo
decim milia signati. Ex tribu ysachar. duodecim milia signa
ti. Ex tribu zabulon. duodecim milia signati. Ex tribu io
seph. duodecim milia signati. Ex tribu beniamin. duodecim
milia signati. Post hec vidi turbam magnam quam dinu